c. [illegible] [illegible]

[illegible] Botanica [illegible]

[illegible]

LEXICI OSCO-LATINI

STAMINA QVAEDAM

RAYMVNDI GVARINII

SOC. BORB. XXVIR.

NEAPOLI

TYPIS SOCIETATIS PHILOMATHICÆ.

MDCCCXLII.

ANGELO MARIAE SCANSANO

CASTRIMARIS

STABIAR. EPISCOPO

RAYMVNDVS GVARINIVS

S. D

Te tua mihi virtus nuper fecit amicum, eoque iucundiorem, quod cum ego te vix nomine nossem absentem, mei cupidum, ambitiose fere, per amicos intellexi. Quo factum, ut Te demum de facie cognoscere properarim. Novi, suspexi, perspexi, et oh! virum, mecum tacitus aiebam, temporum nostrorum, gentisque nostrae Hirpinae decus singulare! Nam, omissa animi tui magnitudine, quod generis tui insigne, cui ante opes humanitas, atque beneficen-

tia fuere, Pontificem sum admiratus, gregis sui in omnibus, ad Pauli vota, normam ex animo factum. Data deinde occasione, ut inter colloquendum fit, disciplinarum, de quibus iniecta mentio est, non specie tenus, sed solide institutum sum expertus, ut non minus ex vitae sanctitudine doctrina, quam sanctitudo vitae ex doctrina commendaretur. Quae, si bene me nosti, cave, ut placendi studio tribuas, quo nuncupatores operum plerique a Mecoenatibus suis gratiam vulgo ineunt. *Mentiri nescio*, etsi velim. Haecque de te satis. Mea quod interest, paucis expediam.

Plura tibi debeo, ingenueque fateor. Non enim is ego, cui beneficium oneri est, quod ingrati homines, superbique excutere iure, iniuriave, inhiant. Quod autem referrem, nihil suppetebat. Cum ecce, remittente nupera mea, gravissimaque aegritudine, opus adgressus sum plane conclamatum abs eruditis. Et tamen nusquam

alias aut mens alacrior, aut properantior mihi calamus fuit; quod fortassis minime mirandum suavissimos inter restitutae ex insperato valetudinis sensus. Opus itaque recens incoeptum, brevi absolutum. Quandoquidem in ea versabar Sparta, quam etsi inaccessam, colebam nihilominus impense, tertius hic iam annus ultra vigesimum est. Neque porro mole se illud sua commendat, cuius auctori non id propositum est, ut quantum legendo alieni devoraverit, ostentet, sed quantum meditando profecit, si quid profecit. Operis hic titulus: *Lexici Osco-Latini stamina quaedam.* Quamobrem, si lubeat, quantulicunque est, aequi, bonique facias, meque tui observantissimum iugiter commendatum habeas apud summum animarum pastorem Iesum Christum, quo sine omnia nobis frigent. Vale.

Neapoli V. Non. Nov. 1841.

PROLEGOMENA.

§. I.

TITVLI RATIO CVM ALPHABETO.

Ne quis, audito fortasse operis titulo, nasum suspendat, is consilii nostri rationem paucis accipiat. Pro iusti Lexici mole pauca admodum suppetunt τὰ τῶν Oscorum literata κειμήλια, quae e temporum veluti naufragio, aliarumque vicissitudinum tempestatibus, miraculo fere enatarunt, eaque modica admodum, exiguique momenti: pleraque etiam ad calamitatem usque imminuta. Quandoquidem si cippum exceperis Osco-abellanum, qui per lineas, nec perpetuo integras, continuatur septem ultra quinquaginta: si aes item Oppidense dimidio fere mancum, luxatumque, quod versibus continetur triginta quinque; si nuperum aes Rapinense pascuarium lineis duodecim comprehensum; si marmor Adiraniense pompe-

ianum adiicias versuum septem integrorum: caetera denique epigrammata omnia duorum, trium, quatuor, ad summum quinque versiculorum ambitu coercentur. Quota nunc haec pro iusti Lexici modulo pars? Quibus hoc accedit incommodum omnium gravissimum, ut *verba* in primis maxima sui parte desiderentur, quae humani sermonis cuiuscunque praecipua compages est. Operi idcirco inscriptum: *Lexici osco-latini stamina quaedam*, quo quisque intelligat, ordiri quidem datum telam hanc, porroque protendere, si quae nova deinceps proferet aetas; absolvere, multoque minus perficere, numquam.

Oscum alphabetum, nisi mea me fallit opinio, octodecim characteribus comprehendi commode potest, de quorum numero paullo infra. Sunt autem hi:

𐌀 𐌀	*a*	.	Nexus 13
𐌁	*b*	.	adhuc noti.
𐌂 𐌊	*c*, *g*, *k*, *q*	.	𐌀𐌁 . . . . ab
𐌃	*d*	.	𐌀𐌂 . . . . ac
𐌄	*e*	.	𐌀𐌃 . . . . ad
𐌚	*f ph*	.	𐌀𐌋 . . . . al
𐌇	*h*	.	𐌀𐌌 . . . . am
𐌉 . 𐌉 . 𐌉	*i*	.	𐌀𐌍 . . . . an

	ᐯ	*l*	. ꟼ	ar
	Ɯ	*m*	. Ꞧ	at
	N	*n*	. Ꞧ	av
ᒣ ᒣ	Π	*p*	. Ӿ	ik
◁	ᐊ	*r*	. ӾΠ	pk
	Σ	*s*, *z*	. ꟼ	na
	T	*t*	. ᚁ	the
	V	*u*, *ov*	.	*Duorum om-*
	Ɔ	*v e*	.	*nes characte-*
◇	Θ	*th*	.	*rum, uno ex-*
				cepto ultimo,
				qui ternos in
				se complecti-
				tur.

Prior litera ad dextram τῷ Hebraeorum א proxime accedit; altera sinistrorsum, etruscorum; tertia, latinorum A, quae duae posteriores nusquam occurrunt in oscorum monumentis vetustioribus, et sollemnioribus. Formam igitur hanc secundam osci ab etruscis sunt mutuati, aut a romanis, in quorum ditionem venerant, quibusque familiariter utebantur.

K forma duplex, altera Ʞ integra, altera dimidiata ᐳ, praecipue in nexibus. Eius potestas interdum pro *c*, aut *g*, interdum pro *k*, aut *q*.

8 est pro *f*, sive pro *ph*, *p* videlicet adspirata.

Z passim viris doctis est pro S: sed et pro Z non raro usurpatam, mox ostendetur.

V item pro *o*, aut verius pro *ov*, antiquis oscis stetisse, loco suo palam fiet.

Ǝ et 8 i. e. *ve*, et *h*, oscorum communis cum etruscis agnatis.


Θ, et ◇ non defuisse, recentioribus saltem oscis, veri simile admodum est.

§. II.

De O, et Θ oscorvm, deqve literae Z potestate.

Literam V, qua una utebantur veteres osci, ancipitis fuisse potestatis, ut interdum pro *u* mero, haud raro et pro *ov* efferretur, paene mihi evidens videtur. Nam nisi ita sit, eccur osci recentiores nunc *u* in vocibus quibusdam utuntur, ut in *actud*, *dolud*, aliisque innumeris; nunc ex adverso, *o*, ut in vocibus *molta*, *tovta*, *Marouciai*, quas *multam*, *tuta*, *Maruciae* reddi oportuisset? Ergo in priore casu, *u* constricto gutture, ac veluti attenuato, pronuntiabatur; in altero, ore paullulum rotundato, et ad literae *o* sonum primo oris hiatu accedente, efferebant, quod ipsissimum est graecorum *ov*. Sic pro *Tuticus*, *tovtikz* scriptum osce perpetuo reperias.

De *t* oscorum adspirata paullo operosior inquisitio. Duplex illius forma, Θ videlicet, et ◇. Abest forma haec a vetustioribus oscorum monumentis, ut a cippo *Osco-abellano*, in quo constanter est *th*, ut exempli gratia ad vocem *thesaurei*, ne de singulis sim sollicitus. Primum mihi se obviam dat in titulo Musei Borbonici, quod est huiusmodi:



Reddoque:


Fausti Vettonii,

Larthis Vitruvii Fl.t. Forte, *fil. testam.*

Excipies fortasse, epigramma hoc non oscis, sed etruscis esse asserendum. Esto. Verum eccur osci abhorruerint ab etruscorum *th*, quorum utrimque promiscuum alphabetum? Atqui oscum sine controversia, non etruscum, epigramma hoc laminae aeneae, quae Anxani in museo Michaelis de Georgio asservatur, et cuius ἀπογραφον fidelissimum nuper ad nos transmisit Ambrosius Carabba, toto fere caelo ab eo diversum, quod primitus ad nos delatum, avibus minime addicentibus, commentati alibi (1) fueramus. Placet illud huc, tamquam

(1) Comm. XX. p. 24.

in locum opportuniorem, iterato afferre, et ἀκριβεστάτως retractare:



Lamellae species hydriam prae se fert vinariam, non tamen ὀξυγωνίως, sed in circulum desinentem, ut et superne, ubi foramen in medio, quo suspendebatur clavo. Citra collum parallelogrammate terminatur rectangulari. Maiore sui latitudine patet pollices duos, protenditurque in longum palmi fere trientes totidem, quam sine ulla haesitatione in *sacrarum* censum refero, et ita reddo:

Ceres flava, praestantissima Dea,
Tota usque pulcra Pallano...

Nihil *antiphonis*, quas vocamus, nostris similius. Singulorum nunc, more meo, rationem afferam.

Vereiaiz. Quasi *Cereiaiz*, quam *Cererem* oscis fuisse, ostendimus in lapide Adiraniano Pompeiorum, *ve* accepta pro *c* leni Gallorum.

Luvcana. Nihil *Pallanensibus* hoc in negotio commune cum *Lucanis*. Idcirco *Luvcana* est ἀπὸ τοῦ λευκαίνειν=*albescere*, proindeque *luvcana* est *candida*, *flava*, aut simile aliud.

Tel.z. Adiectivum cuius desinentia *z* a themate discreta. Vocis origo τελέω=*perficio*. *Telz* igitur *praestantissima*.

◇ nisi pro *th* accipias, quae est Θεα, quam eidem substitues potestatem aptiorem, et quam res ipsa non exposcit tantum, sed extorquere videtur?

Aapas. Vox composita ex *aa* pro αει=*semper*, *usque*. Potest etiam redundare *a* duplicatum, quo in casu emerget πας merum.

Kalas. Vox omnino graeca. *Pulcra*, *bona*, *praesens.*

Palanu. Dandi casus pro *Pallano*, quod vetus oscorum oppidum prope Anxanum, et de quo nonnulla illevimus in marmore Anxanensi (1).

De litera Z nuper mihi iniecta dubitatio (2), eadem-ne, an alia habenda esset a sibilo simplici? In hoc posterius propendebat animus, quod semel atque iterum incurreram in formam *s* nostri inversi. Sed re melius perpensa, adverti, quidquid discriminis inter formam utramque adparet, de nihilo esse, et scalptorum libidini unice tribuendum. Quod tamen nil vetat, quin ancipitem asseram literae huius fuisse sonum, ut interdum pro sibilo mero, interdum pro ipsissima *z* aspero steterit apud oscos. Id enim nisi sit, ecquid ad vocem *puzztizz*

---

(1) Comm. XX. pag 24.
(2) In Ep. quaed. Osc. Exerc. p. 17.

cippi abellani faciet *z* prior duplicata? nam *z* in fine geminatam habeo pro insinuanda numeri pluralis desinentia. Nisi igitur sine causa gratis velimus in syllaba priore iteratam, pro *z* vere accipienda videtur. Cur enim non *puztiz*, ut in vocibus *puztin*, et *puzt=postinde*, *post?* Sed haec leviuscula fortasse. Hoc gravius. Cur Ennio vox *Meddikz* reddita non *Meddis*, sed *Meddix?* Nulla equidem romanis nomina terminata in *z*, quae oscis frequentissima, idque in primis caverit Ennius. At si *Meddis* reddidisset, quod facere poterat, in leges metricas peccasset. Ait enim:

Summus ibi capitur MEDDIX, *occiditur alter.*

Et recte hoc quidem, quod sartis tectisque metricis legibus, latinorumque nominum desinentiis, litera duplici *z*, non *s*, usus est ad syllabae ostendendam quantitatem, quae alioquin brevis foret. Verum ecquid plura? Rem in apricum profert aes oppidense, quod romanis exaratum characteribus, cum *s* communi passim utatur, a forma Z tamen minime abhorret, neque id in paucis. Exemplo sint voces *egmazum*, *ezum*, *eiz*, *eizic*, *uzet*, *izeic*, *z'colom*, *opizois*, ne singula persequar. Antequam hinc abeam, notandum, adspiratam 8 in epigram-

mate nolano ad voces *Alfaternum* sic etiam repraesentari: Θ, et 8 (1).

§. III.

OSCA NONNVLLA παραλιπομενα, LEXICIQVE HVIVS VSVS, EIVSDEMQVE MODVS.

Τὰ παραλιπομενα voco osca quaedam, de quibus a Lanzio potissimum ante actum fuerat, quaeque me incogitantem praeterierant.

1.

ZI.I9ITHIT ZIKKRП

Paccius Tintirius, qui facile romanis *Tintorius*. Vtrique praestat hoc, de genere utique *sacrorum*. In ara marmorea in basis formam, M. P. IX. a Boviano in loco, qui *Aspromons*, sic insculptum:

2.

ZI.IϽƎИИVIИ:ZЯHRT

ᗡƎ.THVᗡ8

Ibidem reperta et Minervae statua cretacea palm. sex, unde non dubium, quin *Tanas*, gign. cas. sit pro Dorico Α'θανας, quae Α'θηνα. Minus igitur

---

(1) Lanzi Tom. II. Vol. III. facc. 512.

prospere coniecit Lanzius, latere fortasse in his vocibus duabus *Tanniam*, nescio quam, seu *Anniam Numeriam*. Atqui *Niumeriiz* sine haesitatione generis est nobilioris, et recti casus. Minus placet, quod Lupulo nostro *Tanas* evaserit in *Fanniam*. Cerullo ad voc. *frunter*, nescio quid *fulguritum* intonuit, qui titulum omnem sic exposuit: *Diva celeriter nata fulguratrix*.

Phrunter, ut *vincter*, mihi nomen est, casusque recti. Graecis *φροντις* est *cura*. Sic ergo reddo:

Minervae Numerius
A cura. i. e. *Curator*, aut curam agens.

3.

ЯIHVETIЯM

In Ephebeo nolano. Lanzio fuit *Maitilnia*. Nomen sine cunctatione muliebre.

4.

MIZZƎI+VNЯK

Musei olim Franc. Danielii. Lanzius reddidit, *Canusiae:* sed omisit *τὸ* MIZ, quod videtur esse *sim*, vel *sum*. Musei eiusdem et hoc:

5.

MIZIƎNI† VƎƎ

Reddo:

Velii Tinii sum.

Τοῖς παραλειπομένοις nihil ultra est, quod hactenus addere datum. Quo lexici de caetero inopiae suppetias utcunque afferrem, nihil prorsus omissum, quod ipse scirem, aut legerim. Consului praeterea et nummos, et quodcunque ex Verrio Flacco, aetatis Augustaeae grammatico nobilissimo, aut ex Paulo eiusdem adnotatore, vel Festo, Nonioque colligere licuit. Omnia diligenter corrasi. Qua data occasione, praeter exposita in his prolegomenis, non pauca deinceps, aeris oppidensis in primis, cippique osco-abellani, incurres, aut obelo prorsus deleta, aut recusa in melius, de quibus absque hoc ne cogitassem quidem. Cui porro in stadio hoc grandius grandire gradus, quod auguror, contigerit, huic ego sine invidia, immo non sine grati animi significatione, lampada libenter tradam. Pauca nunc monendus lector de modo, usuque lexicî huius, eritque τῶν προλεγομένων finis.

Formarum inopia, characteribus utemur communibus, et a laeva omnia ad dextram procedent, etsi hoc in unis contingat Oppidensi, et Rapinensi aere, quae romanis sculpta sunt characteribus. Sed in lexico interim nostro a laeva dextrorsum incedent, ne lectori festinanti mora sine emolumento fiat.

ИA .... A

Aakiri. iz.	*Acirius.* Nomen (1).
Aadiran. z	*Adiranius.* Nomen (2).
Aamanaffed.	Praet. ind. mod. act. *Fecit, manu fecit.* Hinc *Meddix. tout. aamanaffed=Meddix tuticus fecit* (3).
Aapaz.	Redundat duplex *a*.Ergo *πας=omnis.* Nisi prosthesis placeat, *aa* habe pro *αει*, *semper*, vel pro *et, atque.*
Abellanam.	*Abellanam.* Ibid.
Abellanui.	*Abellani.*
Abellanuz.	O. A. *Abellanus.* Ibid.
Acdafed.	Praet. act. ind. modi. Thema *acdafo*, vel *acdavo=addidit, dedit.* Vulgo: *ti davo=ti do.* Hinc *phuva Iano acdafed = Bove Iano fecit* (4).

---

(1) Comm. XI. pag. 24.
(2) Ibid. pag. 11.
(3) Ibid. pag. 20. et 22.
(4) Comm. XX. pag. 4.

Acirriaz.	*Acerras* (1).
Acirruniad.	*Acerronia.* Nom. fem. sexti casus.
Actud.	Aufer. casus. *Actu.* Ex *aer. op.* ut
Acum.	*Ac*, vel *ac eum.*
Aeteis.	Ex *aer. op.* acc. pluralis. *Hornas*, *anniculas.* Vulgo *annecchie.* Radix ἔτος, *annus.* Itaque *treis eteis eituas*=*tres hornas vitulas* (2).
Aginiai.	Ex *aer. rapin.* Videtur *Aginia* fuisse oppidum prope *Rapinum.* Ex eodem aere,
Agnasiai.	Quod item oppidum extitisse videtur prope *Agnonem.*
Aiscen.	Ex *aer. op.* estque *hisce.*
Aisos.	*Non aequus*, *iniquus.* Ex *aer. rapin.*
Alfaternum.	*Alphaternum.*
Allud.	*Alio.* Ex *aer. op.* et
Altrei.	*Alteri.* Ibid.
Amiricatud.	D in fine minime paragogicum, sed sexti casus desinentia. Παραγωγη enim otiosa est, quacum, vel si-

(1) In Cip. O. A. *divinat.*

(2) In Comm. V. Excurs. pag. 44.

ne, dictionis potestas eadem perseverat. Est autem *amiricatus*=*fraudulenta distributio*. Repeto ἀπο τοῦ ἀμείρειν=*ex parte fraudare*. Itaque *in amiricatud allo famelo inei sivom paeizeiz fust* =*quando in partitione alteri famulo* (1) *illuserit*. Ibid.

Amnud. Casus idem. *Agno*, qui graece ἀμνος. Quae in vocem hanc alibi nimis curiose coniecta, improbantur.

Ampfert. Ex *aer. op.* et O. A. *circumfert*.

Amphi. *Circum*.

Amprufid. Imp. mod. Ex *amphi*, et *provid*. Quasi *circum videat*, *prospiciat*.

Amvianud. *Ambitu*. Auf.cas. Quasi ἀμφί *viam* =*circa viam* (2).

Anget uzet. Ex *aer. op.* Fut. ind. Desinentia *uzet* a themate discreta. Τοῦ *angendi* nota significatio. Ibid.

Anter. *Ante*. In cipp. O. A. Eadem vox occurrit in tab. V Eugubina, quam

(1) Ibid. pag. 40.
(2) Comm. XI. pag. 24.

Lanzius (1) habet pro *inter*.

Arace. *Aram hanc*, vel *ara hac*.

Aracetud. Habeo pro aufer.casu. Vocem deduxerim a Dorico ἄρακα, quod est ἤρηκα ab ἐρέειν=*tollere*,*capere*. Ad literam foret *captura*, quod convenit cum voce *multas*, quae statim sequitur. Sensus esset: *a multis capiendis*. Placet, nolanum heic afferre titulum, ubi occurrit, et de quo nuper tumultuarie actum (2).

Paacul. Mulucíiz. Marai. Meddikz
Decetaziz. aracetud. multaz.

Quod sic reddo:

Paculus Molucius Marae, Meddix,
A decimis multarum capiundis

Reditus equidem publicos, haud Meddicis, sed Quaestoris erat exigere. Quid tamen vetat, horum partem aliquam Meddici fuisse addictam in opus aliquod? Hinc τὸ *decetaziz* pro nomine acceperim, nec ἀπὸ τοῦ δεκατεύειν

(1) Tom. II. Vol. III. facc. 720.
(2) In Cip. O. A. pag. 43.

arcessierim, quod nuper feci, estque *decimas dare*; sed potius ἀπὸ τοῦ δεκατοῦν, quod est *decimas accipere*.

Arpanon. — *Arpanorum.*

Azim. — Vid. *tenazim.*

Azmunacad. — Ex cippo abellano. Quasi *ad munera capienda*. Ergo *Curator*, vel simile aliud.

Azum. — Ex *aer. rapin.* Quasi *adsimul*, unde italorum *assieme*.

Atii. — Lanzio est *Ate* (1), Dea, de qua Homerus (2).

Atiinavam. — *Atenavam*=*Minervam*. Ex *aer. rap.* Graecis Αθηνα, oscis etiam *Tana*, ut in Prolegomenis.

Atinos. — *Atinas.* Nom. oppidi notum.

Atrud. — *Atro.*

Avqil. — *Aquilius*, vel potius *Acilius*.

Aviatas. — Ex *aer.rap.* *Aviatas* adiective, estque *avita consuetudine*, ab *avia*, vel *avo*.

Avs. — *Abs*, *ab*.

---

(1) Loc. cit. facc. 711.
(2) Iliad. XIX. v. 90.

Aun. Ex *cip.* O. A. *ad unum*, *per singulos*, *viritim.*

Aut. *Aut.*

Auti. Nî redundat *i*, erit *uti.*

Apieiz. Videtur *Apis* nomen (1). Sic autem uno spiritu legitur: APIEIZIH. quo fortasse sua *Api* coniuncta *Isis* agnoscenda est. Sic igitur interpungendum videtur: *Apie Isie.* A tergo inscriptum legitur parvae Isidis aeneae detectae apud Heracleam Lucaniae.

ꟼ......B

Bansa. Ex *aer. op.* Perseverat adhuc in Lucania oppidum nominis huius. *Praefucus pod post exac Bansae* (2)=*Praefectus deinde Bansae.* Inde

Bantins. *Bantinus. Cevs Bantins fust Cenzamur*(3)= *seu Bantinus fuerit Censor.* Noti *Bantini saltus* ab Horatio celebrati.

---

(1) Comm. XII. pag. 36.

(2) In Com. V. excurs. pag. 41.

(3) Ibid. pag. 37.

Baru. — Ex *aer. rapin*. Est *montis*, vel *iugi* nomen casus genitivi. Origo graeca, nam *βαρος*=*gravis*.

Bn. b. — *Bene bene* (1).

HNꓘ. ZIIB· B· NB·NB· ИNꓘ

Quae nunc sic mihi reddenda videntur:

Etsi bene bene vivens morieris.

Nam *b* praecedens vocem *biiz* habeo pro reduplicationis indicio, ut si diceretur *bebiiz* a *βεβιωμαι*. Epicurea videtur latitare ἡ *αμφιβολογια* in voce Κὰν, quae versus initio est=*licet*, *etsi*; in fine vero est *κανεῖς*, fut. 2. τοῦ *καινεῖν*, quod est=*occidere*, *perire*.

Biinuziezzin. — *Venusinorum.* (2)

Biiz. — Videtur partic. desinentia, a verbo *βιοω*, *vivo*. Itaque *biiz*=*vivens* (3).

Buph. — *Bos.*

---

(1) Comm. XI. pag. ead.

(2) Lup. *It. Venus. ad* Marm. Canus.

(3) Comm. XI. pag. 38.

ꓘ ꓘ . . . C G K Q

In *aer. op.* proemio legitur: *Q. moltam angit*, quod ne dubites vertere: *Quaestor multas per vim exigat*. Nec mirum, cum aes totum nil frequentius sonet, quam *multas*. Initialis itaque Q est *Quaestor* sine controversia.

Kaavi. iz. Nomen. *Gavius*.

Cadeis. Dandi casus plur. Erant autem *cadi* vasa vitrea, aut figulina, quibus liquida iuxta, ac solida a veteribus asservabantur. Inde vernacula *carrato*, et *carratello*. Quamobrem (1) *panpieis umbrateis, auti cadeis, amnud inim idic.* = *pampineis umbraculis, aut cadis, ibi agno seorsum* posito.

Kan. Repeto ἀπὸ τοῦ καινειν = *perimere*, vel a καὶ αν = *etsi*.

Kalas. *Pulcra, bona, praesens*.

Kalatia. *Calatia*.

Kalatui. *Calatini*.

Kaleno. *Caleno*. Derivativum τῆς *Aales*.

(1) In *aer. opp.*

Kampano.	*Campano.*
Kapva.	*Capua.*
Karneis.	*Carnes.*
Cascus.	*Antiquus. A Sabinis ad Oscos, Samnitesque ea vox traducta.* Varr.
Casnar.	*Vetus.* Verr. Flacc.
Kanutiez.	*Canutia.* Lanzio est *Canusies.*
Castrud.	*Castro. Aer. op.* Ibid.
Cebnust.	Praet. subi. cum terminatione pathetica. Thema *nuo*, unde composita *annuo*, *abnuo*, *innuo*, *renuo*, cuius *cebnuo* facile *συνονιμον*. Hinc: *nei cebnust dolud malud*=*nisi renuerit dolo malo.*
Kecetacui.	In cippo *osco-abellano. Contigui, adfines.* Partic. praet. pass. Thema *cetacuo*=*contingo.* Syllaba *ce* duplicata in praet. per anadiplosin. *Kecetacui nuvlani* = *Contigui nolani.*
Cenzamur.	Ex *aer. op.* Vna horum omnium origo *censeo.* Ergo *Censor.*
Cenzaum	*Censum.*
Censazet.	*Censebit.* Ibid.

Censtomen. Non placet, vocem hanc nuper (1) acceptam in sensum *censoris alterius*. Adiectivum est e duobus compactum, κεστος, qui est *acus*, et τομεν, quasi τετομενος. Ergo *acu sectus*, seu stigmate ad ignominiam notatus, quae servorum poena. Deturbanda igitur vox de *officiorum* censu.

Cetud. *Coetu.* Abl.

Cevs. *Seu.*

Kicatui. E *Cip. osco. abel.* Quasi *cadui*, *cadivi*, a *cadendo*. Vulgi nostri faeci *catuojo*, et *catoja* sunt *scaduto*, et *scaduta*, quod proprie seniorum. Calabris a graeco κατω sunt *basso*, *matto*. Abellinatibus cum nolanis, aliisque sonant vir, mulierve *ingenii inopes*, *fatuique*. Proinde *cicatuiz nuvlanuz* in cippo commemorato est = *causa cecidit nolanus*. Qui videlicet cum abellanis *de iugo* contenderat.

---

(1) In Comm. V. exc. pag. 39.

Kiipi. iz.	*Cipius*. Gentis nomen.
Kiivii.	*Cives.*
Comenei.	*Maneat*, quasi *commaneto*. Ex *aer. op*. Item
Comoni.	*Communitati minori.*
Comononi.	*Communitati maiori*. Item
Comparascuster.	Nomen. Vid. *Parascuster*.
Contrud.	*Contra.*
Crisi.	*Auri*, vel *aurei.*
Kum.	*Cum.*
Kumbened.	Praet. ind. modi. *Convenit.*
Kumnuiiz.	*Universitas*, *populus*.
Cumne.	Quasi *cum omni*. Ergo: *Cumne cetud=cum omni coetu.*
Kuma.	*Cuma*. Non *eccuma*, quod quidam somniarunt. Est autem *eccum=ecce*, *en hoc*. Ignarrae nostro *Cumelternum* recte est *Cuma Linterni.*

D

Dat.	Ita in *aer. op.*
Dalivus.	*Oscorum quoque lingua significat* INSANVM. Verr. Flacc. additque, *supinum esse Aurelio*. Adiectivum potius crediderim a Dorico δαλειν, quod est *laedere*.

Decetaziz. Nomen. *A decimis.* Vid. ante adnotata.

Deded. Archaice pro *dedit.*

Deicum. Repeto a δυκη, quae *ius*, *poena*, *ultio.* Ergo quod in aer. op. *deicum pod Valaemom touticom*=*puniendum apud Magistratum summum.* Ibid.

Deicans. Thema δεικνυμι = *ostendo.* Inde: *neituas factud pous tovto deivatuns, tanginom deicans stom* =*ne vitulas mactet post hoc conductor, decretum veritus hocce.* Conductorem hic intelligo macellariae rationis. De voce MACELLI haec Paulus e Verr. Flacco: *macellum dictum* a MACELLO *quodam, qui exercebat in urbe latrocinia, quo damnato, Censores Aemilius, et Fulvius statuerunt, ut in domo eius obsonia venderentur.* Purae, putaeque nugae! Nullum ergo ante Censores hos Romae *macellum*, *macellive* nomen? Cur non a *macie*, aut *macerando*, aut etiam a *mactando* macellum appellatum?

Deivaid. Praet. ind. modi. *Caecidit.* Thema δηιοω=*occido*, *perdo*. Et abs eodem themate in eodem *aer. op.*

Deivast. Fut. subi. *Caeciderit,mactaverit.* Item

Deivatuns. Nomen, aut particip., ut *eitunz.* =*iens*, *procedens*, *pergens.* Est au tem *derivatunz* — *condumacellarius.*

Deivatuo. *Lanius.* Quocirca *deivaid dolud malud suae Pis contrud=caecidit dolo malo in suae regionis detrimentum.* Et *deivatuns sipus comenei perum dolom mallom=Lanius sciens per dolum malum perseverat.*

Dicust. Imp. mod. Radix δικη, de qua paullo supra. *Zicolom dicust izic. comononi=sicilicum addicat huic magnae Communitati.*


Didist. Abs inusitato *dido*, unde *divido*, digammate aeolico interposito cum *i.*

Dolud. *Dolo.*

Donop. *Dono. P* in fine paragogica.

Duno. *Dono.* Calabris *ti duno*, *ti dugno=tibi do.*

Dunum.	*Donum.*
	Ǝ . . . . E
Eai.	Ex Cipp. abell. *eae.*
Ecac.	*Exhac.*
Eccum.	*Ecce*, *en.* Voce hac fere gaudent osci, cum de rei statu, quae proposita est, exponendo agitur.
Eceic, et *Ecein*, et	*Exhinc.*
Eca.	*Ecce haec.* Occurrit in hanc significationem vox huiusmodi in epigrammate Capuano, quod olim iuris fuit Cl. Mazochii, ab eodemque illustratum. Sed et nova auxit interpretatione nitidissimus Morcellius (1). Parum prospere utrique! Praestat, huc illud afferre, nostrisque etiam curis qualibuscunque cumulare.



(1) Comm. XI. pag. 34.

Priores binos versiculos sic Symmachus: *in tertia Mercedonii Capuae sacra* (1). Lanzius, reiecto Mazochii interpretamento, sic ipse trepidanter: ***Post tres dies** Capuae sacra.* Nimirum MED. qui Mazochio (2) fuit *Mercedonius mensis*, Lanzio fuit ἡμερα, *dies*. Adeo merces unusquisque suas, neglectis alienis, qua opportune, qua importune, in medium profert, commendarique unice satagit! Atqui ᗡƎiM est *Meddikz* sine dubio, et *Meddicis* huius campani nomen latitat in secunda voce, quae facile *Tresius* fuit, non *tres*, aut *tredecim*. Alioquin quo fulcimento staret vox genericae potestatis *Meddikz?* Sic igitur illud, qua parte sui medelam patitur, restituerim:

---

(1) Tom. II. Vol. III. facc. 521. et 522.
(2) In Cortonens.

	Ecce haec Tresius
	Meddix Capuae
	Sacra. dedit. Quippe *uze*, quod superest, facile fuit θυσι α θυω = *sacris operor*. Vocis itaque initio una satis est implendae.
Eczuc.	*Ex hoc.*
Egmazum.	Adiect. *Loris caesum.* Ab ιμασσειν, vel μαστεειν, *flagellis caedere.* Inde vernaculae voces *mazze*, *mazzate*, *ammazzare*. Ibid.
Eiz.	Cip. O. abell. *In.*
Eizaznc.	Aer. opp. *Istum*, *hunc eumdem.* Ibid.
Ehtrad.	O. abell. *Extra.* Ibid.
Eizeict.	*Inibi*, *illic.*
Eizuc.	*Huc.*
Eizi.	*Sunt.* Ab ειμι, *sum.* Minus recte Lanzius habet pro complemento vocis oscae.
Eizud.	Auf. casus. *Iusto.* Thema: ἴσος = *iustus.*
Eiteis.	Acc. plur. *Annuas hornas.* Ab ετεος = *annus.*
Eitiuva.	*Aedes*, *aedicula.*

Eitiuvad. Praet. ind. modi. *Aedificavit* (1).

Eitunz. Particip. *Iens*, *pergens* (2).

Empratur. Ennio *induperator*. Latinis *imperator*.

Enapui. O. abell. Quasi εν ἀπυη=*in clamore* vel unanimi clamore, si placeat τὸ εν pro *uno* accipere. Nam ἀπυη graece est *clamor*, *vociferatio contentiosa*, qualis litigantium inter se sc.

Erinii. *Erinii.* Nom. virile. Confer Lanzium (3).

Estud. *Esto.*

Ezei. Ab εσομαι.= *erit.* Item

Ezud. *Esto.*

Ethanio. Aer. opp. Plura alibi (4) de voce hac, quae nunc parum arrident. Repeto ab ἔθος, *mos*, *consuetudo*. Itaque *molto ethanio*=*multa consueta.* Ibid.

Ex. dic, et *Exdic.* } *Edicto.* Ergo: *Exdic. pruhipust* =*edicto prohibitum est.* Ibid.

Ezum. *Sedentem*, ab εζομαι, unde vulgi

(1) Comm. XI. pag. 22.

(2) Ibid. pag. 24.

(3) Tom. II. V. III. facc. 712.

(4) In Comm. V. exc. pag. 11.

zezzare, *azzezzare*. Hinc : *Valaemom tovticom tadiat ezum* = *Potestatem adeat supremam sedentem*, subaudi *pro tribunali*.

Esuf. Ab εἰμι = *sum*. Nominis prae se fert desinentiam. Ergo pro participio habendum = *existens*.

Monitum.

Ad literam hanc quod attinet, monendi tirones, etruscis, oscis, priscisque latii accolis, interdum vice illius, usurpatam I duplicem fuisse.

8 .... Ph. F.

Phaamat. Pro virili nomine olim acceperam (1), cuius rei nunc poenitet. Verbum est praet. ind. modi, vel *praesens*, deducendum a δωρικῳ φαμι, i. e. φημι, *di-*

(1) Comm. XI. pag. 24.

co. Itaque *puph. phaamat. Mer. Aaciriiz* = *sollemniter nuncupavit Meddix Acirius.*

Phac.	Pro *face* = *fecit* (1). Sed de hoc iterum ad vocem *Vesarinu.*
Phaxa.	*Fecit.*
Factud.	*Facto.*
Facus.	*Factus.*
Famelo.	*Famulo.* Nam oscis *famel*=*famulus.*
Phasti.	*Fausti.* Praenomen.
Phephacust.	Anadiplosis in praeter. *Factum est*, vel *fuit.*
Pheihuiz.	O. abell. *Ficus*, *ficetum.* Ibid.
Pheihuzz.	*Ficus*, *ficeta.*
Feltineizzim.	*Voltiniensium* (2).
Phiiznam.	*Fines.* Nostratium vulgo *fenajeta.*
Phliztluiz, *Phiztelu*, *Phiztluz.*	*Phlistis.* Opp. nomen.
Fortis.	Aer. opp.

Phuphanz. exzz. Osc. abell. *Ovantes*:

(1) Comm. XII. pag. 31.

(2) Lanzi Ling. Etr. Tom. III.

Phuva.	Quasi *buva*, *bove* (3). Hinc : *Phuva Ianud axdaphed* = *bove Iano fecit.*
Phrentader.	*Frentanorum.*
Phruxtatuif.	Nomen. Italis *fruttato*. Ex cipp. abell.
Phrunter.	Ἀπὸ τῶν φροντίδων. *Curam agens. Curator.*
Fuid.	Aer. opp. *Fuerit*, *esto.*
Fl.	*Fil.*
Phulvial.	Reddo nunc : *Fulvialis*, nempe ad *Fulvium* pertinens. Sic enim in urna inscriptum : IV√V.8. .IM. *sum Fulvii*. Et in altera : √RIV√V. 8. IM : *sum Fulvial.* De nihilo igitur sunt, quae aliter alibi (1) de duplici hoc titulo coniecimus.

(1) Comm. XX. pag. 6. et seqq.
(2) Comm. XI. pag. 36.

Nemini ultra dubitandum, quin osce forma haec steterit pro latinorum adspirata *h*.

Havieat. Ex aer. opp. Quasi *abigat*. Idcirco *post. exac. Comoni. havieat. Meddix=ex hac universitate eiiciat Meddix*. Idest: *in exilium compellat*.

Herexlei. z. O. abell. *Terminus*, sive *Herma terminalis*. Dictionem ab *hero arcesso*, et τοῦ κλεοῦ=*famae*, *gloriae*. Igitur *Herecleiz* quasi *herile*, seu *dominicale insigne*. Quod si pro primo vocis huius compositae στοιχειω, *heri* loco, placeat magis ἱερος, et huic libenter assentior. Hoc enim posito, *herecleis* erunt *sacra signa*, et quidem dominicalis ditionis, quo nihil sanctius apud veteres, unde et termini sacerrimi semper habiti.

Herentateiz. zum. Non belle Lanzius in unam vocem coagmentat haec duo: *herenta-*

teiz. zum. Reddo: *herilis*, seu *dominicalis sum*, et vocem priorem ab *hero*, vel *hera*, repetam, ut ad vocem *herecleiz*. De *Hera* hic agitur (1), quae *Venus* est *Herucina*, quam pro *Erycina* habeo, cui Pompeiorum Meddices, Labeo, et Acilius *statuam*, aut *signum* posuere.

Herentaten. Apocope in fine pro *herentateni*, qui dandi casus, et pro *herae*, vel *dominae*, habendus. *Herentateni* idcirco *Heruxini*= *dominae Erycinae*.

Herest. Aer. op. Ἀπὸ τοῦ αἱρεῖν=*tollere*, *irrogare*, cum de multa sermo sit.

Hieriphusia. Osc. abell. Quasi ἱεραὶ φύσεις = *sacrae lustrationes*.

Hipid. Aer. opp. *Nihil quidquam*.

Hurriuiez. In aeneo musei Spinelliani signo. Ὄρος=*mons*, vel *terminus*. Itaque *hurriaiez*=*montanus*, vel *terminalis*.

(1) Comm. XI. pag. 23.

Hirpi. *z.* *Hirpus*, *Lupus*; unde *Hirpini*, Samnitium progenies.

I . ⸸ . ⊦ I

Ixel. *iz.* Sic legendum reor, quod in fundo paterae musei Spinelliani sic habet:

ᒧƎKIИ. VƎИ. ZƎИИᑫꓤИИ

Mars Aelio sum similis.

Εικελος quippe graece est *similis.* Ita fortasse melius, quam quod alias coniectum est (1) de hac re. Et fortasse hoc tituli auctori animo occursabat, quod longo post tempore musa cecinit Torquati.

Se'l vedi fulminar fra l'armi avvolto,
Marte il diresti.

Sed nihil affirmate volo dictum.

Idic. Est in aer. opp. Vox videtur non integra. Acceperim pro ἰδιῶς = *privatim*, *seorsum*. Id enim poscere sensus videtur.

---

(1) Comm. XI. pag. 35.

Im.	*Eum*, quod et Homero perfamiliare.
Inim.	*In*, vel *in eum*. Item
Inom.	Vox duplex, ex *in*, et *om*. Sic olim ἀρχαϊκῶς *Luciom* pro *Lucium*.
Inz.	*Insimul*.
Ion.	*Hunc*, *eum*.
Ipizi.	Pro *ipsi*. Veterum dialectorum est, voces protrahere, recentiorum, contrahere.
Irno.	*Hirino*.
Irpus.	*Lupus*, unde *Hirpini* ab *Hirpo*, ipsorum duce.
Izidum.	*Ipsemet*. Est autem vetus *isdem* pro *idem*, *eidem*, nullusque in voce hac *Isidi* locus.
Izai. eai.	Osc. abell. Thema ἴσος. Vnde *isae eai*=*iustae*, *aequae*.
Izic.	*Istic*.
Izipu.	*Ipsus*. Ergo *Izipu pruphatted*= *ipse probavit* (1).
Izpedu.	Metathesis, pro *ipsedum*.
Izt.	*Stat*, vel *est*.
Iux.	*Iugum*, *mons*.

---

(1) Comm. XI. pag. 23.

Iuliinis.	Aer. rapin. *Iulianis.*
Ittum. alt.	Ita legendum in Cip. osc. ab. (1). *Ittum* Lanzio videtur *iter.* Tabulae haec verba sunt: *ittum. alt. tramalit* (Aci) *irriaiz*; quo loco instituta videtur comparatio *abellanae* cum *acerrana* terminatione. Hinc fortasse rectius nunc: *ita alias acti termini pro Acerranis.*
Iustai. et.	Praep. *et* in locum encliticae *que* posita. *Iustae et=iustaeque.*

Monit.

Inud.	Cavendum, ne vocem hanc mutilam ЯVИI... pro integra accipias, quod Lanzius incaute fecit (2), et *inud. patens* (3) interpretatus est *iter patens.* Tabula abellana v. 25. sic habet... *inud patens*, cum in fine versus 24.

(1) Cip. Osc. ad. v. 27.
(2) Ibid. Facc. 713.
(3) Consul. tab. ipsam.

legatur: T... INVD. Litera igitur T initium est vocis dimidiatae... *inud*, restituendumque *tanginud* = *decreto*.

ꝟ L

L. — *Lucius*. Praenomen.

Lamatir. — Aer. opp. Vocis vestigium δτρικον λαμα, quod communiter λημμα. Est autem in geometricis λεμμα = *firma*, et *indubia positio*. Vox igitur επιρρηματικῶς accipienda, eritque *firmiter*, *caute*, *ante omnia*. Itaque *In. eizeic. vincter esuf. comenei. lamatir* = *Inibi vinctus in primis custodiatur* (1).

Lainoz. — *Lainus*.

Larinoz. — *Larinus*. Opp. nomen.

Larthi. — *Larthii*. Nom. virile.

Lauxil. — Divido. *L. Acilius*, vel *L. Aquilius*.

Ligis. — Pro *legeis*.

Lixa. — Osc. abell. Vox imminuta, quam

(1) In Comm. V. pag. 39.

pro integra Lanzius habuit, estque interpretatus: *liceto* (1). Rectius fortasse ἀπο τοῦ ληκεειν, *sonare*. Itaque *lixa* (tud) *phuphanz.exzz=cum sonitu* (prae laetitia) *ovantes*. Quippe de sollemni agebatur finium abellanorum restitutione contra nolanos, publica inter populi abellani gaudia.

Lizat. viz. Osc. abell. Duplex radix. 1. obsoletum *lido*, cuius composita, *allido*, *collido*, *elido*, *illido*. 2. Τὸ graecorum λυω, *solvo*. Ergo *lisat vis=dispellatur vis abellanis* illata a *nolanis*, idque Senatus sollemni decreto.

Licitud. Aer. opp. *Liceat*, *liceto*.

Lits. *Lis*, *stlis*.

Lovxanos. *Lucanus*.

Louxeria. *Luceria*. Opp. noti. notum.

Lol. iz. *Lollius*. Itaque N. *Lol. iz=Numerius Lollius*.

Luwcana. *Lucida*, *splendida*. Recole prolegomena.

(1) Vol. II. T. III. facc. 527.

Lupz.	*Lupus.*
Luvii.	*Luvii.* Vir. nom. *Ni. Luvii Mr.* est: *Numerius Luvius Meddix*, et nollem, Lupulo nostro MR. sine *haesitatione* stetisse pro *Imperatore* (1).

ꟿ......M

Maanui.	Osc. ab. *Manus*, gignendi casus, qui olim *manuis*, ut *Senateis*, ex quo *us* casus huius cum primo, et quarto plurali producta, quae in nominativo singulari corripitur.
Maesius.	*Lingua osca mensis Maius.* Paul. ex Verr. Flac.
Maimas.	Acr. opp. Quasi μη αἱμας, *sine sanguine*, idest a sanguine secretas, quales animantium carnes iugulatorum. *Maimas carneis=non sanguinolentas carnes.*
Mais.	*Vltra.* Hinc nostrum *mai.*
Mallum.	*Malum.*

(1) In mutil. vet. Inscript. Corfin.

Mamercez.	*Mamercius.*
Manimasepum.	Insere *t* ante *p*, erit: *manimaseptum=manibus colligatis.*
Mantisa.	*Mantissa. Additamentum.* Ex Verr. Flac. *mantisa additamentum dicitur lingua osca, quod ponderi adiicitur.* Nobis *la giunta.* Largius latinis pro additamento quovis.
Marui.	Mulieris nomen suspicor, qua mater (1) Meddicis cietur, more etruscorum.
Marcul.	Lupulo pro certo est, esse *Marcolim*, quo nomine a Chaldaeis, Thalmudicisque dictus *Mercurius.*
Marmez.	*Mars.*
Maroucai.	Aer. rap. *Maruciae.*
Medicat.	Aer. opp. Verbum. *Meddix medicat=iudex iudicat.* priscae regionis nomen, unde *Maruccini.*
Meddixz.	Nihil notius.
Medicim.	Aer. opp. Adv. *Meddicis iure, arbitriove.*
Memphiai.	Osc. abell. *Mediae.* Inde *mem-*

(1) In Cipp. Osc. abell. pag. 23.

phiai teremen (i. e. teremines) =*medii termini*. Ibid.

Memphi. iz. — *Medius*. Sic *phiznam memphi. iz. ist. ehtrad. pheihuzz*=*finis medius stat extra ficus*.

Meztud. — *Mensore*.

Meztue. — *Mensor*, qui et *Mesor*.

Mih. — *Mihe*, *mihi* (1), vel *mehe*, *me*.

Mi. — Pro εἰμι. Aphaeresis. *Sum*.

Mistr. — *Minister*. Et de genere quidem lictorum, vel apparitorum.

Mitl. — Forte idem, ac *mutil*,= *mutulus*

Miniui. iz. — *Minius*. Nom. vir.

Molta. — *Multa*. de qua sic ait Verr. Flacc. *Multam, osce dici putant poenam quamdam*. Verrio praeiverat Varro (2) dicens: *multae vocabulum non latinum, sed sabinum est, idque ad suam memoriam mansisse in lingua samnitium, qui sunt a sabinis orti*.

Triplex autem *multarum* genus.

(1) Comm. XII. pag. 34.
(2) Fragm. L. XXX.

Aliae *pecuariae*, *pecuniariae* aliae, tertia *famularis*, quam debemus plebiscito oppidensi de *re vestiaria* (1). Summa alibi dictorum haec est. In plebiscito Siliano de *public. ponderib.* sic habebatur: *dum minose patris familias taxat.* Quae lectio nemini suspecta transversos egit viros doctissimos, ut formulae huius veram potestatem nullatenus sint adsecuti. At in aer. oppidensi est PARTVS, non *patris*. Sunt autem *partus a pariendo* dicti *famuli*, famulorumque foeturae, quae omnia, antiquo iure, *rerum*, non *personarum* vice, fungebantur. Formulae igitur sensus in Siliano plebiscito est: *licere multam famularem* irrogare, *dum minore partus familias taxat*, idest: si magistratus multam *taxet*, sive coerceat, intra *infimae* termi-

(1) Comm. IV.

nos. Nam multa quaelibet, ut notum cuivis, aut *summa*, aut *media*, aut *infima* erat.

Moltaum.	*Multandum*, *multa plectendum.*
Mox.	Adverbium temporis commune cum latinis.
Mitl.	Vox fortasse breviata. Facile idem, ac *mutulus* (1).
Muiaitilnia.	In patera Seminarii nolani. Lanzio est *Maitilnia.*
Muin...	Osc. abell. Sensus exigit, ut pro *munerali*, vel *munerario* accipiatur.
Muinixei.	*Municipii.*
Muinixu.	*Municipalis.*
Muluxi. iz.	*Molucius.* Viri nomen. Sic fortasse dictus *a ventris tumore.* Nam, ut Verr. Flacc. docet, *molucrum non solum*, *quo molae verruntur*, *dicitur*, (*id quod Graeci μύλικρον appellant*), *sed etiam tumor ventris.* Inde nostrum *molino*, et *molendino* a *mola* dictum.

(1) Comm. XII. pag. 34.

..Mparaxi... Dictio principio, et fine carens, quae habetur in fragm. pompeiano ad finem referendo, quaeque in medio relinquitur lucem alicunde praestolatura.

Mutil. *Mutilus*. Papii cognomen.

.....N

N. Nummi initialis. N. ΘΘ. *nummorum duo millia.*

Nam. Causalis notissima, quam Passerius bis occurrentem in duplicem convertit *Namum*, nescio quem, Senatorem.

Narxenz. *Narcaeus*. Nom. virile.

Naumzie. ez. *Numisius.*

Nei. *Ne*, *ni.*

Neip. *Ne quid.*

Nesimum, *et* *Nesimois.* Aer. opp. Adiect. *Sine remissionis spe*, sive *fato debitum.* A'ισιμος quippe Graecis est *fato debitus*. Hinc *zicolom XXX. nesimom comoni=sicilicum trigesimum communitati debitum.* Item: *set. nephim. pruhipit.*

mais. zicolois. X. nesimois. suae. Pis=ne prohibeto sub poena maiore sicilicis X. debitis suae regioni.

Nerum. Fortasse *nervum.*

Ni. *Numerii.* Praenominis indicium.

Noucer. *Nuceria.* Campaniae oppidum. Hinc.

Nuvxrinum. *Nucerinum.*

Nuvlanuz. *Nolanus.*

Nuvlanei. *Nolani.*

V . . . . V.OY.

Ocriis. Aer. rap. *Collibus, iugis.* Graecis ὄκρυς= *mons.* Et *ocrem antiqui, ut Ateius philologus in lib. glossematorum refert, montem confragrosum vocabant, ut apud Livium.* Verr. Flacc.

Opizois. Aer. opp. *Curis.* Nom. verbale, nam ὀπίζομαι est *curo.* Ibid.

Vcen. Quasi *vicen, vicensimus, vigesimus.* Ideoque: *urust eis ucen ziculud=instet pro sicilico vigesimo.*

Vd.	*Haud.* Nihil in hisce dialectis frequentius *aphaeresi*, *syncope*, *epenthesi*, *apocope*, *metaplasmo*, et *metathesi.*
Vllad.	*Olla*, *illa.*
Vngulus.	*Oscorum lingua anulus.* Fest.
Vpzan.	*Ipsam.*
Vpze.	*Ipse.*
Vrust.	Est ab *uruo*, quod Ennio fuit, *demisse instare*, quasi ad pedes provolutum.

ꟼ I Π . . . P.

Pa...	Vox manca ex Fragm. Pompeiano.
Paam.	Contracte *pam* = *olim*, *ante*, *primitus.*
Pai.	In tab. osc. abell. videtur stare loco τοῦ *pro.* Hinc *herecleiz. izt. pai. tereminiu. muinicip.* = *cippus stet pro terminatione municipali.*
Paiz.	*Puer*, *filius.*
Paxiz.	*Paccius.* Lupulo *Paxiz Tintiriiz* =

(1) In Comm. V. excurs. pag. 19.

Paccius Dentrius. Optarim pro *Dentrius*, dedisset *Tintirius*, quod minus a litera recedit.

Paxui. ez. *Pacuvius*. Nom. vir.

Paeizeiz. fust. Aer. opp. Subiunct. cum pathetica terminatione. Thema παίζειν=*illudere*, *fraudem facere*. Ibid.

Panpieis. *Pampineis*, vel *utcunque factis*.

Pazztata. Part. praet. pass. *Ante constituta*, *praestituta* (1).

Patenz. Osc. abell. ***Patet*** per se.

Patriis. Aer. rap.

Px. Breviate pro *pequnia* (2).

Par. Παρα. Apocope. *Ad*, *iuxta*.

Paaxul. *Pacullus*, *Paccii* diminutivum.

Paapi. *Papii*. Nom. apud samnites celebre.

Pacris. Aer. rap. ***Pabulatio***, *pascua*.

Parascuster. Huic cognata vox *comparascuster*. Possis utramque ἀπο τοῦ παρασχειν=*praebere*, repetere. Est autem *parascuster* = *conductor*, sive *locator*, qui se *prae-*

---

(1) In Epigr. quaed. osc. Exerc. p. 1.

(2) In epigr. quaed. osca Exerc. pag. 11.

bet pro *re locata*, *conductaque*. *Comparascuster* vero est, qui se *vadem*, *praedemve* praebet domino rei, operisve locatae, vel conductae. Qua in re quanta olim fuerit dominorum cura, vel ex uno patere poterit marmore Puteolano, cuius initium: A. COLONIA. DEDVCTA (1). Caeterum utrique voci a *custodiendo* quoque quaeri genus potest, ut *parascuster* sit quasi *pro-custode*, et *comparascuster*, quasi huius *compar* pro *custodia* rei *locatae*, vel *conductae*, ad firmiorem domini cautionem. Ibid.

Pexxi. iz. *Peccius*. Adhuc tenax nomins sui gens regionum nostrarum sat conspicua.

Pelena. iz. *Pelenaeus*, vel *Peleus*.

Peancesto.fust. Aer. opp. *Stigmate inuritor.* Famulorum poena. Τὰ vocis στοιχεῖα: *παω=ferio*, et κεντῶν= *pungens*.

(1) Vid. nostr. *Illustraz. apolog.del marmo Puteolano.*

Pepacid.	Aer. opp. Pract. subi. modi. Thema *pacio*, unde *paciscor* cum reduplicatione ad praet. *Paetum fuerit.* Inde *pax*, et abs eodem themate ibid.
Pepacust.	*Pactum est.* Desinentia passiva. Nam de nihilo est *pefacust* v. 11. Vel *fefacust*, vel *pepacust.* Haec grammaticae reduplicationis placita.
Perxenne. iz.	*Percennius.* Nomen virile.
Pertemust.	Aer. opp. Ante ἀπο τεμνειν = *secare*, deduxi: nunc placet a *peremendo* repetere, de qua voce haec Paulus: *peremere Cincius in Lib. de verb. priscis ait, significare idem, quod prohibere. At Cato in Lib. qui est de re milit. pro vitiare usus est.* Atqui haec duo levi negotio inter se conciliantur. Quod enim *vitio factum*, id *prohibitum.* Hinc
Pertumum.	Ibid. *Vitio factum.*
Perum.	*Per.*Praep. *Um* mere paragocicum.
Petirudert.	Frequentativum a *petendo.*

Piei.	*Facit.* Vox graeca ὀλογραμματῶς.
Pipatio.	*Clamor plorantis*, *lingua oscorum*. Verr. Flacc.
Petora.	*Quatuor.* Inde *petorritum* = *vehiculum quatuor rotarum.* Verr. Flacc.
Pitpit.	*Quidquid.*
Pocapit.	Forte = *post capit.*
Poentri.	*Pentri.* Samnitium regio.
Poizad.	*Posthac*, *postinde.*
Pomtis.	Bifariam divido: *pom* = *aliquem*, et τις. Vnde *quis. neip. mais. pomtis. com. preivatud actud* = *nequis ultra cum privato actu*, i. e. arbitrio suo.
Pondo.	*Libra.*
Praesentid.	*Praesenti.* Auf. casus.
Preivatud.	*Privato.* Casus idem.
Prufatted.	*Probavit.* Activae significationis.
Prufatt. uzet.	*Probatum est.* Praet. pass.
Pruffed.	Praet. ind. *Protulit*, *dono dedit.*
Pruhipit.	*Prohibeat.*
Pruhipust.	*Prohibitum est.* Penet. pass.
Prumedicatud.	*Primus Meddix iudex esto.*
Prupuxit.	*Provocavit.*
Pruter.	Προτερος = *primus.*

Puxxatthed. Osc. abell. Praet. ind. ut *dedet.* Thema *pux* = *post*, unde vulgo *poccà*, et θεω=*pono*. Idcirco *puxxatthed herecleiz* = *post posuit terminos.*

Pudist. *Pudet*, *puditum est.*

Pud. pu. *Post ubi.*

Pudanter. *Pudenter*, *cum pudore.* Adverb.

Pust. pust. *Post post*, *protinus*, *statim.*

Puztin. *Postinde.* Adverb.

Puzztizz. *Positi.*

Putuluzpid. A *pu* = *post*, et inusitato *tulo*= *Posthabito*, *spreto.*

Puturui. Osc. abell. *Arbores putatae.* Si Verrium Flacc. audis, *arborum putatio ita dicta*, *quod putatione putae* (i. e. *purae*) *fiunt*, utpote decisis undique ramis luxuriantibus. *Putandi* συνονιμον olim *sarpo* fuit. Hinc Festus: *sarpuntur vineae.*

Pis. *Populi pars.* Nihil hac voce frequentius in aere oppid. Inde facile *tribus*, addito numerali *tres*, nuncupata *tertia populi pars. Pis* itaque oscis inter-

dum pro *aliquis*, aliquando et pro *populi parte* stetit.

Pon. Breviate pro *pondo*. Ergo *pon censtur* erit=*pondo censeatur, aestimetur*. Perperam ideo *pon. censtur*=ponderum exactor (1).

Pondos. In aer. opp. sic: *didist. in pondos*. MOXX. Sed interpungendum sic: MOX. X.=*dividatur mox in pondos X*.

Praefucus. *Praefectus*.

Prupuxit. Osc. abell. *Provocavit*, quasi *propocit*.

Puph. Vox breviata (2). *Publice, sollemniter*, quasi *pophlice*. Quandoquidem *poplice* olim dicebatur, quod deinde *publice* fuit.

Puriiz. Si vox integra foret, nil de *Purii* nomine dubitandum. Sed mihi *Aburius* ante oculos versatur.

Pupluna. *Populonia*. Civitas olim insignis.

(1) In Comm. V. exc. pag. 19.
(2) Comm. XI. pag. 24.

ᑫ ꟼ. . . . . . . R.

Riigia.	Vnica haec occurrit in aer. rap. dictio, quae a litera canina incipit. Est autem *regia*, seu *basilica*, duplicato II pro E.

ՋZ S

Sas.	*Suas*, ut
Sa.	*Sua*, et
Sos.	*Suos.* Romano popello perfamiliares fuisse contractiones eiusmodi, ex Plauto abunde discimus. Ennio *sum* fuit etiam pro *eum*.
Zaxaraxleiz.	Osc. abell. *Sacra*, *sacrificia.* Nominandi casus.
Zaxaraxlum.	Ibid. *Sacrum.* num. sing.
Sansa.	Nom. Oppidi notum.
Zaphinim.	Incertum, an *Saepinium*, ut visum quibusdam. Probabilius *Sabinim.*
Scriptas.	Pro *scriptas.* Aer. op.
Senateiz.	*Senatus.* Gign. casus, et
Senatei.	*Senatui.*
Zico.	Aer. opp. Ζυγος graece est etiam

lanx, vel *statera*, cuius est hinc inde fluctuare, donec aequatis ponderibus, consistat. *Fluctuatio* haec vulgo *zico-zi.*

Zicolom. Acr. opp. Quartus casus. *Sicilicum.* Sic appellatum asserit Verrius, *quod semunciam secat.* Est idcirco unciae pars quarta, assis quadragesima octava. Ibid.

Sidi x inud. *Sidicino*, subaudi *Teano.*

Sivom. *Si quando*, vel *simul*: utrumque enim sensus admittit.

Sipus. Ab inusitato *sipio=sciens.* Ibid.

Ztlaxxi. iz. Osc. abell. *Stlaccius.* Suessulanus *Decurio*, abellanis, nolanisque datus iudex a Senatu romano.

Solle. Osce dicitur id, *quod nos* TOTVM *vocamus.* Verr. Flacc. Hinc latinis *solidus*:

Et partem solida demere de die

Stom. Aphaeresis. *Istud*, vel *istum.*

Stlabi. iz. *Labeo.* Sic *stlis* pro *lis.* Nec dubites, utrumque a *labiis* dedu-

	cere, quod commune oscis cum romanis.
Suae.	*Suae*, et
Suva.	*Sua.* Nom. sing. fem. vel neutrum plurale casuum primi, quarti, et quinti.
Suvad.	*Sua.* abl.
Zvaiad.	Osc. abell. Praet. ind. mod. *De via deturbavit.* Italice: *sviò*, *deviò.* A *veia*, et *phia* = *via.* Ibid.
Zuvei. z.	Osc. abell. *Suessula.* Oppidi nomen in Campania.
Sullaa. iz.	*Sollius.* Nomen gentis.
Sverrunei.	*Subversi.* A *verrendo.*
Supparus.	*Osca vox.* ait Varro. *Vestis dicta a supra, et subuculae opposita.*

T . . . . T.

Taanud.	*Teano.* Oppidum notissimum.
Tadait.	Aer. opp. Prior *t* redundat. Ergo *adiat* = *adeat*, *adito.*
Tanas.	Gign. cas. *Minervae*, quae in aere rap. *Atenava.* Occurrit eadem vox in aeneo *Minervae* signo

ap. Bovianum reperto an. 1777. Nec placet, Lupulo *τὸ Tanas* fuisse in *Fanniam* conversum, et *Numerium* in *Numeriam*.

Tanginos. *Decretum*, *sententia*. A *τάττειν*, vel *τάσσειν*, *ordinare*. Et breviate

Tanxin... *Tanginud*. Casus auferendi.

Tavtam. *Hanc*, *ipsam*.

Teanud, et *Tianud.* } *Teano*.

Tel. z. *Telez*, ut *lupz* pro *lupus*. A *τελεῖν*=*perficere*. Itaque *telez*= *praestans*, *perfecta*.

Tenazim. In fundo paterae V. C. Antonii Iordani ex agro Saticulano. Actum alibi (1) de ea. At nunc sic eadem legenda, corrigendaque videtur:

MIZꓤVƎT.ꓘ VV ꓘƎ.ZƎVVHƎ⅃.Z.⅃Ǝꓤ VI⅃.

Villia Venus. Ex hoc illam colam.

(1) Comm. XI. pag. 33.

	Τὸ *azim* si ab ἄζω repetas, erit *colam*, *venerabor*. Si ab ᾄδω, ᾀσω, erit *canam*, *celebrabo*. Vtrumvis placeat, pro subiunctivo habeo desinente in in *im*, ut *sim*, *possim*, *velim*, *ausim*. Fortasse sic interpungendum: *ten. azim*=*hanc colam*, ut *azim* sit *asim*, ut *ausim* ab ἄζειν, *colere* (1), vel ab ᾄσω, *cano*, *celebro*.
Teremenniu.	*Terminationis*, *delimitationis*.
Teremmzz.	*Termini*. Nominandi casus pluralis.
Teremen.	Femin. generis. Ennius *termonem* habet pro *terminum*.
Tereminii.	Idem, ac *teremenniu*. Rudiori vulgo *termete*.
Thesaurei.	Osc. abell. *Thesauri*. Ibid.
Tiati.	*Teate*. In Maruccinis, nunc *Chieti*.
Tiurri.	*Turri*.
Tovto.	*Hoc*.
Tovtixom,	*Magnum*, *summum*. Hinc vernaculum = *tutto*.
Tovtad.	*Hac*.

(1) Com. XI. pag. 34.

Tr. Breviate. *Ter*, *tertio*, vel *Tribunus*.

Trebi. iz. *Trebius*. Nom. vir.

Trebouf. In Tab. Eug. IV. Recte Lanzius (1) exponit pro *tribus*, et *Iuve krabuvi trebuf fetu* exponit:=*Iovi Crabovio tribus bobus facito*. Et in Tab. eadem *treph* pro tribus (2).

Treis. *Tres*.

Trem. *Tremens*, *dolens*.

Tribalaxavum. Osc. abell. Nomen. Graece θορυβεῖν=*turbare*. Est igitur *turbatio*, *deturbatio*. Vulgo nostro='*ntrovolamiento*. Ibid. et ex eadem origine

Tribaraxxiuph. Nomen. *Turbator*, *deturbator*. Et

Tribalaxat.tuzet. Praet. pass. ind. modi. *Turbatum est*.

Triib. M. *Tribunus militum*.

Tribint. z. *Triventum*. Nomen oppidi.

Trixei. Osc. abell. *Terni*.

---

(1) Loc. sup. cit. facc. 620.

(2) Facc. 626.

Tintiriiz. *Tintirius*, vel *Tintorius*. Cognomen.

Triztamentud. Aufer. casus, et breviate (1).

T. *Testamento.*

Trutum. Aer. opp. Plautinum *intrutum* habent interpretes pro *infausto*, *inauspicato*. Vtrum addicentibus alitibus, viderint ipsi. In aere opp. *trutum* est ipsissima *trutina*, unde *trutinare*. Idcirco *in. trutum. zico. tovto. peremust*, reddo: *inter trutinandum fluctuatione hac fraudem fecerit.*

Ɔ . . . . Ve.

V. Initium τοῦ *viiz*, quod graece υἱος, praefixoque digammate, Latinis *filius*..

Valaemom. Accus. cas. Magistratum in genere summum designat. Vocis origo *valeo*.

Ve. Breviate *Velius*. Ɛ·ᗡᗅRI Ⅎ·ᗡᗅZ.Ɛ.

---

(1) Comm. XI. pag. 9.

	Vel. Adiranius Velii, sub audi *filius* (1).
Veia, quae et *Fia*.	A *vehendo*. = *Via*.
Veilena. iz.	*Velenaeus*, vel *Velinius*.
Venulez.	*Venus*. Quasi *Venurez*, propter adfinitatem liquidae cum canina.
Veizarinu.	Vocem hanc pro *Caesarino* habeo, et fere nullus dubito, quin oscis litera ℷ steterit etiam pro *c* leni Gallorum. ***Caesarinum*** autem primo sollemniter ***nuncupatum***, dedicatumque ab ***Acirio filio***, Pompeiorum ***Meddice***, fuit ***ambitus*** ille, qui ante Turrim XII. circumstabat aedem ***Fortunae Augustae*** a M. Tullio solo, et pecunia sua excitatam. Quamobrem epigramma illud totum sic ex integro ad literam, pro vice ultima, reddo:
Vereiai.	*Cereri* (2).

(1) Comm. XI. pag. 9.
(2) Ibid.

Ex hoc ambitu procedens
Ante Turrim XII. hic. Caesarinum publice consecravit
Meddix Acirius, Filius.

Vezi. *Vesii.* Vir. nom. In cippo nolano sepulcrali sic legitur:

ꟼIꓘIꓶ.ƎꓶꓶƎꓘ
ꟽƎꟼꓕ.HIꓭꟼ

Quae cur Lanzio (1) negotium facessierint, non video. Nam primo haeret in tituli lectione, et pro παιζ, legit *Maiz*, e quo illi *Maesius* extunditur. Atqui est ΠꟼIZ=*puer*, non ꟽꟼIZ. Haeret deinde in voce ΠꓭIH, quae est *phie*=*fecit.* Reddo igitur:

Filius. Vesio
Fecit. tremens.

Quod latinis foret: *fecit dolens.*

Vestiri. *Vestri*, ut *ipisi*, = *ipsi.*

Vesune. *Fesunae*, *Ferunae*, *Feroniae* (2).

---

(1) Comm. XIII. pag. 15. et seqq.
(2) Loc. cit. facc. 721.

Vetnei.	*Vettonii.*
Viinixi. iz.	*Vinicius.* Gens notissima, quemadmodum et.
Vilaei. z.	*Villia.* Nomen gentis.
Vitelia.	*Italia*, quae Dionysio ὀυίταλια.
Vittiuph.	Osc. abell. *Vettius.*
Viuruvium.	Osc. abell. *Viae ruina*, *pernicies*, *eversio.* Vocis compositae elementa: *via*, et *ruo.*
..*Viu*...	Vox mutila. Quid huc, inquies, et cui bono? melius, aio, ista supersint, si non est opus, quam desiderentur, si quando eis est opus.


Θ □....TH.

□.	Initialis. Θεα-*Deà.* De hoc charactere satis in Prolegomenis.

MANTISSA.

Nolim hic omissa Pompeiorum bina alia fragmenta nobilissima, quorum alterum quatuor comprehensum est lineis utrimque imminutis, cuius characteres quadrati elegantissimi, eorum plane similes, quos in marmore Adiranii admiramur. De opere quidem publico in eo res est, sed quali, nemo praestet. Operis auctor, si *Puriis* integra vox est, *Purius* extitit; quem *Quaestorem* Pompeianum fuisse, certum est; utrum et *Meddicem tovtixom*, veri simillimum videtur. Et vox *aamanaffed* conspicua in eo est, quae tertio iam se obviam dat in rebus oscis, et de cuius potestate nullus amplius ambigendi locus. Fragmentum hoc est:

I.



Quae ultima vox sine haesitatione *aamanaffed* fuit, et quae praecedit vox, est *tanxinud*. Fragmentum alterum, seu verius frustulum, est huiusmodi.

2.

. . . N . . .

. . . ЯП . VꟻƎ

Haec insuper addenda se pro praesenti praebent.

И . . A

Acui. iz. *Acuvius*, vel *Aquius*. Sic in epigrammate Pompeiano (1):

ZI . IVꓘИИ

ZI . IИIᗺПЯ . ZIИZ

quod reddidimus:

N. Aquius

Sex. Aphinius. Ergo

Aphini. iz. *Afinius*. Gens notissima.

---

(1) Com. IX. pag. 10.

Я...D

Dendem. Fut. indic. modi. *Dabo* (1).

I...I

Iruuni. zz. *Munera gladiatoria*, sic dicta ab *ira* (2).

H...H

Heieimni. Videtur nomen virile, quod fortasse *Hymnus*, aut simile aliud (3).

§. IV.

LEXICI HVIVS CONSECTARIA, ET CONCLVSIO.

Vt sua Lexico huic qualicunque τὰ προλεγόμενα praeivere, sic suis ornandum corollariis, quae abs rerum nostrarum lectoribus ignorari, minime aequum est. Et

(1) Fasti IIvir. di Ponp. facc. 28.

(2) Ibid.

(3) Ibid. pag. 11.

1. Quaeret quis, eccur oscae dialecto et in dictionum nucleo intimo, et in his, quae συνταξεος τῆν οἰκονομιαν attinent, tam belle conveniat cum etrusca, eugubina, sabina, romana, graecaque in primis; non item cum aliarum gentium sive idiomatibus, sive dialectis inde prognatis? Cui interrogationi haec esto responsio.

Phalegicae id potissimum tribuendum confusioni est. Cum enim homines ad haec usque tempora labii fuissent unius, nunc primum effectum, ut in ausi nefarii poenam, in diversas omnino inter sese linguas abierint, aliasque, et alias sibi quisque coacti quaerere sedes, in varias orbis plagas dispergerentur. Qui igitur in unius societate sermonis convenerant, in uno hi loco consedere; alii alibi, pro suo sibi sive arbitrio, sive sorte. Hinc diversarum toto orbe linguarum genera, quarum ut quaeque sibi, suisque dialectis consentit, ita ab aliis toto caelo abit.

Et tamen quis crediderit, in hac linguarum diversitate, quae Babelicam consecutae sunt τῆν καταστροφην, perennare adhuc inter Oceaniticarum Insularum incolas quaedam veluti indigitamenta primigenii hominum sermonis, communisque ab uno homine originis? Insula extat ab ipso veluti terrarum meditullio abscissa. *Ouream* ante ap-

pellabant, quam a se detectam an. 1767. Wallisius, homo Anglus, suo deinde nomine donavit. *Morella* nunc quoque dicta. Sita haec est ad gradum latitudinis meridionalis tertium, longitudinis vero occidentalis sextum ultra centesimum septuagesimum. Heic praeter alia multa abs Hebraeorum fontibus derivata de immunditia legali abs mortuorum contactu, deque Angelorum ministerio in mundi gubernio, foedis somniorum commentis inquinata, in omnium ore vagatur nomen Dei sanctissimum *Iehova*, quod ipsis nunc est *Ieova*, et *Ejeova* (1).

Ke axe mai, Ejeova,	*Ko te atua mooni*
Tau gagohi fola fola	*Ko Ieova mafi mafi,*
Kaupoto mo manuia.	*Ko totalau Arixi.*

Quae sic reddita loc. cit. vides:

O Dio, istruitemi	*L'onnipotente Dio*
Delle vostre divine parole.	*E il Dio vero,*
	E il nostro Rè.
Acciò felice io sia.	

Siccine, inquiet quis, cui nihil ultra nasum olet, Scripturarum interposita auctoritate, quae-

(1) Annal. della Propag. della Fede. Genn. 1841. N. XI. Ed. Napolet.

stio θεολογικῆς transigitur? Ita, nempe aio. Canis quippe Domini sum, cuius officium est, latrare contra fures pro vinea domini sui. Nec enim pudet, me, data occasione, qui sim, palam confiteri, et cuius societatis alumnus, praeceptorisque sanctissimi Aquinatis sectator, quibus, quantum debeam, numquam satis profiteri me posse sentio. Memineritque interim hic, aliique sui similes, eos, qui Scripturarum elevare fidem conantur, illorum plane similes esse, qui in caelum conspuunt, quorum sputamina in conspuentes recidunt. Exemplo sint nupera in Aegyptum instituta itinera, regionesque alias longinquas, quo nasuta, accuratiorique veterum monumentorum inspectione Mosaicarum narrationum fides labefieret, aut certe imminueretur. Quos omnes spes una, et fides fefellit (1).

2. In humanis omnibus curae posteriores et accuratiores esse solent. Nihil eorum hactenus omisimus, quae rem oscam attinent, nihil intentatum, indotatumque dimisimus, quoad per vires licuit. Verum enimvero non pares semper, pro voluntate, vires. Plura τῶν ἀπογραφων ad nos

(1) Adeatur Opus recens editum, cui titulus: *Cristo innanzi al Secolo.*

tranmissorum vitio, non pauca, imperitia nostra, parum prospere processere. Plura igitur aut delenda penitus, aut castiganda. quod nemo mirabitur, qui animo-secum recogitet, de quibus, et quo illorum statu, sit actum.

Delendis primus locus esto integro fere Comm. V. (1), eique heres ex asse sit *Excurs. noster criticus* in idem *Commentarium* (2). Ex delendis tamen excipe monitum hoc: *audendum aliquid, famae etiam, nominisque qualiscunque periculo, ne veritatis studium gloriolae cupiditati, quod plane miserandum, cedere locum videatur.* Et sane nisi aes illud oppidense et primi, et primum tunc ausi tentare fuissemus, eo numquam pervenissemus, quo et errata nostra demum perviderenus, et his tolerabiliora ad minus in medium afferremus.

3. Delenda ex *Comm.* XIII. §. II. a pag. 21. ad finem usque §. eiusdem. Hoc amplius. Quae in *Comm.* eodem de Anxanensi foedere nobilissimo iteratis curis sunt agitata, iis accomodanda sunt omnia, quae in *Comm.* XX. a pag. 18. ad 35. usque nuper sunt disputata (3). Titulus hic:

---

(1) Typ. Societ. Philomat. an. 1820.

(2) Typ. Soc. Philom. an. 1841.

(3) Typ. Soc. Philom. an. 1841.

Nupera quaedam osca cum auctar. in marm. Anxanense.

4. Nonnulla, Lexici huius occasione, *Comm.* nostri, qui inscribitur: *in Comm.* V. *excurs. crit*(2), in melius provecta, et castigata; quae inter vocis *Censtomen* expositio, quam reiecimus. Alia generis eiusdem graviora, leviorave ipse per se lector aequi, bonique consulet, ne in singulis persequendis eiusdem patientia abuti videamur. Hicque itineris fesso quietis intervallum esto; quandoquidem de fine praestare nihil audeo.

5. Nec a rerum nostrarum cura alienum esto, paucula haec adnotare pro marmoris Anxan. diligentiore recensione, quae notanda admonet Carabba noster.

V. 7. pro AEI. legend. AEIL

V. 8. pro KAV legend. KAVB

V. ult. pro ANHAPAN legend. TAN. HAPAN BYMA

Ergo mutila vox βυμα in βυμαν evadat, necesse erit, quo cum suo adiectivo ιεραν concilietur. Dictionem interim βυμαν quonam in lexico expiscaberis? Adeo vetustatis tabe marmoris huius pleraque foede corrupta, lectuque difficilia, quod

suspicione gratuita perstant nonnulli contendere, a nupero quodam veteratore suppositum!

AD LEXICVM SVVM

Auctoris vota.

Hic tamquam in portu, sua figitur anchora, quando
  Vela per hunc Pontum tradere propositum
Non uni evasi scopuli, syrtesque retectae,
  Quae secum interdum commeminisse, iuvet.
Hos ego non repetam scopulos, syrtesque retentem:
  Sit fesso demum, sit mihi tuta quies!
Auguror ast, alii relegant, melioribus auris,
  Dum tentasse prius, stet mihi certus honor.

§. V.

QVAEDAM EXTRA ORDINEM.

Vix manum de tabula, ut aiunt, ecce gemmae literatae *τὸ ἔκτυπον* obiicitur exponendum ex illarum familia, quae vulgo *corniole* appellantur. Formae est ovalis, elegantisque. Binos exhibet bellatores stantes, oculis ad dextram spectantium conversis, serioque intentis. Prior ad laevam, paullo

procerior, gladium dextra minaciter stringit, sinistraque occisi hominis corpus transverse porrectum sustinet. Idem dextra sua facit, qui dextrorsum stat, laeva clypeum obtendens. *Galeati* ambo: *galeatum* et occisi hominis caput. Huius caput paullo erectius, quam quod mortuum hominem deceat. Coxendices item paullo citeriores, quam quod iusta ab acetabulo distantia poscit; quae artificem artis culpa minime caruisse, ostendunt. Caeterum nihil sculptura hac sollertius pro duorum Aiacum fide, constantiaque referenda in Patrocli corpore tuendo contra Hectorem, Aeneamque ipsi socium additum, iuxta Homericae narrationis historiam. Nam de Aiacibus agi, Telamonio videlicet, atque Oilide, dubitare non sinit titulus inferne appositus, qui talis est:

AHIA Δ

A'*ιαντες Δυο*. Nec movere debet τὸ H primae voci insertum, quod non pro η, sed pro spiritu leni accipiendum, qui non dimidiatus, sed integer placitu scalptori. De Aiacibus Patrocli corpus in al-

tum sustinentibus haec notari ex Homero. (1) praecipue merentur:

Οἱ δ' ἀρα νεκρον ἀπο χθονος αγκαζοντο
Ὑψι μαλα μὲγαλῶς.

Hi vero mortuum e tellure ulnis sustinebant
Valde sursum.

Sed et expostulare ab artifice queat aliquis: eccur Patrocli occisi *caput galeatum*, quem armis iam ante spoliatum ab Hectore interfectore novimus?

Atqui ecce ex inopinato manipulus alter de Carabbae nostri manibus. Ex oppido *Baranello*:

1.

C.OVIO.C.L.N....
ET ABVLL..*iae*
C.FILIVS

Nempe *C. Ovius* filius C. *Ovio* patri, et *Abulliae* matri. Gentis *Abulliae* nulla apud Gruterum memoratio.

In opp. *Vinchiaturo* prope *Baranellum.*

(1) Iliad. Π. v. 722. usque ad 725.

2.

C.SEPIO.C.L.SALVIO
MAGIA.C.L.STADIO
VIRO.SVO.FECIT
ET.MAGIAI.C.L
ANDRACINI
MATRI

Stadii nomen *servile* magis, quam *gentis*, crediderim. In oppido eodem:

3.

TEPTI
ANOX...
C.CLAV...

Suspecta mihi vox *Teptiano*. An *Septiano* potius, qui militavit in Coh. X...*Claudia*, vel *Claudiana?* In oppidulo agri eiusdem agri, qui *Mons viridis*.

4.

C.OBELLIVS.M.F.VIVVS.FECIT
SIBEI.ET.MEVIAE.VXORI
OBELLIA.L.Ↄ.HIC.SITA.EST

Sepulcrum ergo, quod vivens sibi, et uxori suae *Meviae C. Obellius* fecerat, hoc *dedicavit Obellia*, *L. filia*.

Sed ecce suis hic e loculis prodire in lucem instant sigilla quatuor, caeteris addenda, de quibus alibi (1) actum, quibus alia per viam se comites dabunt. Ergo

1.

IƆINIV.N
INAI⅃⅃VꓭAꓭ

Aeclanensis. Invent. ad d. 29. Iunii 1838.

2.

L.VISELLI

In magno latere prope *Turrim Annunt.* non procul a Pompeis.

3.

AIЯ.T

Riatides quidam Libertus occurrit apud Gruterum (2). Praestare tamen non ausim, id nomi-

(1) Alcuni sugelli ant. spiegati. Tipogr. Filom. 1834.
(2) Pag. 883. n. 3.

nis latere in voce RIA, quam hoc in casu fuisse oportebat RIAT. Fortasse ita inscriptum non in sigillo ipso, sed in sigilli manubrio.

4.

ЯAMƧIЯATV⅃AƧ
IЯƎ⅃AV.EANAI
AЯ.ƎƧ.Ↄ.ƎANA

Lege: *Salutaris Marianae Valerianae. C. F. Serv. rationalis*. Nostrae ditionis est cum sequenti.

5.



Firmi Pupiorum Vmbriorum servi. *Pupiis* hisce ab *Vmbriis*, quibuscum facile adfinitate erant coniuncti, alterum *nomen* quaesitum, distinctionis ergo. Sed in manubrio fortasse dormitavit scalptor, cui pro VM, excidit EM, quod de nihilo videtur. Itane in sigillo erratum, quod in mani-

bus esse quotidie oportebat? At in manubrio id contigit, non in sigillo ipso, quo utendum assidue domino fuerat. De sigillo porro agi meminerimus exigui momenti, utpote servili.

6.



Nescio, cur ad voc. VEN. gens *Vennia* hactenus ignota menti occursat; quae alias in *Benniam* transire facile queat. SEC= *Secundus*

Ad se nunc curas nostras vocat vir amicus, antiquitatisque studio incensissimus, Caietanus de Minicis, Firmanus homo, qui cum recens huc diverterit, pluraque a nostratibus sibi κειμήλια comparaverit literata, quid de unoquoque sentirem, tandem blande evicit, ut exponerem, typisque commendarem. Praestat in primis sigillum aeneum formae circularis suo cum manubrio, cuius clypei diameter aliquanto amplior pollicibus duobus, sic inscriptum:

7.

VIITAI

ꟼ

IƎHTVƎ .*S* .ABIV

Viba. Sex. Euthei (uxor) *P. Tatii Liberta.*

Viba, nomen servile mulieris, quod in cognomen evasit, libertate accepta a patrono suo *P. Tatio.*

8.

ΖΙΦΟ

Parvulus item aeneus eiusdem anulus, cui inferne anguis transversim ore hiulco protentus. Characteres graeci, nec sine venustate foliis, ramusculisque intermixti, ut legenti facessere negotium possint. Οφις domini nomen videtur.

9.

Hoc amplius de penu eiusdem, et esto tandem finis. *Anxae*, de quo oppido quaedam delibavimus (1), repertus cylinder cretaceus in usum operis textorii, qui vulgo *rocchetto*, cui adglomerari nemina in gyrum solent. In utraque eiusdem basi *Clavae* typus. In parte cylindri concava sic insculptum, partim graece, partim latine:

---

(1) Comm. XX.

IEPEKΛΕΙΣΣΚ
ΛABENS
H

Herculem in mentem revocat lanificio addictum abs Ioles amore. Sic itaque legerim:

Ηερακλεις σκαιδς
Labens
Haec.

Idest: *Hercules misere labens haec*, subaudi: *tractat.*

Medicae demum adhibendae manus graeco epigrammati Cumano, quod ita ad nos delatum:

10.

Θ . Κ
ΟΡΑΣ ΓΑΙΗΣ ΤΟΠΟΘ ΟΥΝΕΝΟΝ
ΕΝΣΤΕΦΕ ΕΣΣΙΝ ΟΥΝΟΜΑ ΜΟΙ ΤΟΔΕ
Υ ΥΑΚΙΝΘΟΣ ΕΝΤΑΔΕ ΚΕΙΜΑΙ
Ζ. ΕΤ. ΚΕ

Corrigo sic, et restituo:

Ο'ρας ανθρωπον τιθεμενον
Εν ταφη; Εστιν ουνομα μοι τοδε:
Γ. Υακινθος ἐνταδε κειμαι,
Ζωσα ετ. Κε

Diis Inferis
Vides hominem positum
In tumulo? Hoc mihi nomen est:
C. Hyacinthus hic iaceo.
Vixi ann. XVI.

FINIS.

ERR.	CORR.
Pag. 13. *vers. pen.* aspero	aspera
P. 33. v. 6. una	una literula *t*
P. 34. v. 4. *Enapui....*	*Emapui.*
P. 56. v. 24. Penet....	Praeterit.

Auctoris opera edita, et edenda.

EDITA.

1. Ricerche sull'antica Città d'Eclano. In 4 . 3 oo
2. Illustrazione dell' antica Campagna Taurasina con Lett. apolog. in 4. . . . . o 70
3. *In Veter. monum. nonnulla Comm.* Tom. 3. in 8. con rami 3 60
4. Fasti IIvirdi di Pompei con Appendice in 8. o 70
5. Valore della cifra SEXS. Consoli voluti municipali, e lettere apologetiche. In 8. . . . o 35
6. Illustrazione apologet. del Marmo Puteolano *a Colonia deducta* con 2. Dissert. l'una su di un Bronzo Pompejano. L'altra sul *Calcidico*. In 8 . . . . o 45
7. Intonaco Pompejano rappresentante Arianna, e Bacco con Lett. due di risposta. In 4. . . o 30
8. Alcuni Suggelli antichi con *Appendice*, ed una *Dissert.* aggiunta. In 8. . . . . o 40
9. *Prosod. latinae fundam. cum Parnasso lapidar.* In 8 . . . . o 50
10. *Dialectic. Instit.* In 12 . . . . 3 25
11. Analisi di alcune noz. prelimin. al Diritto di natura. In 8. . . . . o 30
12. Analisi, e costruz. gramaticale . . . . . . o 15
13. *In Cipp. osco-abellan. Divinat.* In 8. . . o 40
14. *In epigram. quaed. Osca Exercitatio:* In 8. o 24
15. *In Comm. suum V. auctoris excurs. criticus.* In 8 . . . . o 20
16. Pergamene due Eclanesi con *Rami*. In 4. . o 70

17. *Nupera quaed. osca cum auctar. in Marm. Anxan.* In 8 . . . . o 20
18. *Comm. IX. et XVII. in melius recusa.* In 8. o 40
19. Alcuni tegoli spiegati del Museo Borbonico. In 8 . . . . o 10
20. *Lithopolemos.* In 8. . . . . o 16
21. *Musarum otia honesta.* In 8. . . . . . . o 45
22. Saggio di Discorsi Paneg. e Morali. In 8. . o 30
23. Se il Religioso secolarizzato possa acquistare, e disporre dell' acquistato. In 8. . . . . . . o 12
24. Effetti fisici dell' uso del pane e vino consagr. In 8. . . . . o 10
25. Cenno biografico con iscrizioni pel Cav. Zingarelli. In 8 . . . . o 10
26. Origine del culto di S. Maria dell' Arco. .
27. *Lexici Osco-latini stamina quaedam.* In 8. o 26

Edenda.

1. Alcune Iscriz. di Baja, Pozzuoli, ed altre, spiegate.
2. Alcuni monum. letterati del così detto *Vallo di Diano*, e de' suoi dintorni, illustrati.
3. *In titul. aliquot litteratos adnotationes.*
4. Appendice alla Dissert. sul valore della cifra S EXS.
5. Appendice di Poesie, ed Iscrizioni.